



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

Nihil addendum in orationibus, n. 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

§. III.

Ne quid addatur in Missa.

Dico pari; immo majori ratione, nihil esse addendum in Missa. Majori, *a* inquam, Tum quia ex genere suo gravior est culpa commissionis, quam omissionis, tum quia hic est majus periculum superstitionis; cum facilius, immo & gravius superstitio fiat addendo, quam omitendo; Tum quia expressius id cavetur à Tridentino, & Pio V. supra *b* citatis. Non tamen deest hic excusatio ducta ex parvitate materiae, & inadvertentia, ut similiter dictum est in precedentibus.

Nihil addendum in Orationibus.

Hinc infero Primo Sacerdotem; si non ad mirandam
Ricum

a Suar. de Sacr. d. 33. sect. 2. §. Dice
tertio. *b* §. 1.

Ritum Missæ (sic enim, ut ex dictis constat, graviter sine controversia peccaret) sed ut privata persona, etiam dum secretè orat, adderet in Missa aliquam Orationem v.g. Pater, & Ave, Psalmum David, vel quid simile propter suam peculiarem devotionem, peccaturum, quia addit aliquid, quod non est in Missa, licet propter levitatem materiæ, non nisi venialiter.

3. At S. Franciscus Xaverius Indiarum Apostolus, ex Vita ejusdem apud Lucenam, a ante Communionem, addebat orationem a se latinè compositam pro conversione Indorum, quæ, pro curiosis, hæc est.

*Æterne Deus, omnium rerum
Creator, memento Infidelium ani-
mas te, solum creasse, quas ad ima-
ginem, & similitudinem tuam fecisti.
Ecce Domine in opprobrium tuum
eis ipsis implentur Inferni. Memento
Domine.*

*a Lucena in vita S. Xaverii lib. 5.
cap. 5.*

Domine Iesu Christi filii tui, qui sanguinem tuum tam liberaliter effundens, pro illis passus est, Ne permittas Domine, eundem Filium tuum Dominum nostrum à Paganis amplius contemni, sed precibus Sanctorum electorum tuorum, & Ecclesie Beatissima eiusdem Filii tui Sponsa placatus, recordare misericordie tue, & oblitus Idololatriæ, & infidelitatis eorum, fac ut ipsi quoque agnoscant, quem misisti Iesum Christum filium tuum Dominum nostrum, qui est Salus, Vita, & Resurrectio nostra, per quem salvati, & liberati sumus, cui sit gloria per infinita secula seculorum, Amen.

Respondeo. Fortasse id obtinuit à Sancta Sede. Quid si ipse, utpote Summi Pontificis in his Regionibus legatus, sibi id indulserit? Quid si Sanctus vir, divina inspiratione, id fecerit?

4. Audivi quemdam propugnans tempore S. Xaverio, dicentemque eum ante Tridentinum, & Pium V. apud Indos fuisse. Nam Concilium

lium Tridentinum conclusum fuit sub Pio IV. & anno Domini 1563 & Pij V. supra dicta Constitutio prodit anno 1570. Sanctus autem Xaverius ad Indias appulit anno b Domini 1542. ibique vita gloriose defunctus est, anno c 1552.

Sed est minus sufficiens excusatio. Primo, quia adhuc non dubuit Sanctissimus Vir recedere in re tam gravi ab ordine Missæ tot annos ab Ecclesia recepto Secundo ante multos annos id cautum à Sacris Conciliis etiã fuerat. In Concilio Carthaginensi tertio, convocato d anno 397. (quod licet fuerit Provinciale, confirmatum tamen, fuit in sexta Synodo Generali Trulli) sic habetur. *e Nemo precibus aliunde de-*

A a scrip-

a Bellarm. in Cronologi c. Lucena in vita Xaverij lib. 1. c. 12. d. Idem lib. 10. c. 27 e Vide Mauritium de Gregorio in Margarito Conc. Tr. seu Coll. Conciliorum. f Conci. Carth. 3. can. 23.

scriptis utatur, nisi prius eas cum inferioribus fratribus contulerit. Et in Melevitano, quod fuit sub Innocentio Primo habitum, ab eodemque confirmatum anno 408. caveatur a huiusmodi preces debere esse à Prudentibus tractatas, & in Concilio, vel Synodo approbatas.

5 Infero Secundo, in Orationibus, seu Collectis, qui nominant Regem, Reginam, filiosve, non tunc facere: excusantur tamen à mortali ex levitate materia, & alicubi ex antiqua consuetudine iam præscripta.

Nihil addendum in Canone.

6 Infero Tertio, in Canone à Regulacibus non esse nominandum suum Generalem, sed Episcopum loci b (loci, inquam, non sacerdotis, quod notetur pro peregrinantibus) c Sit tamen illum aliquando.

a Concil. Carth. 3. can. 13. b Concil. Melev. ca. 22. c Gavans. in Rub. Miss. p. 233. 8. nu. 1. litt. N.